



**Quæstionum Canonicarum, In Quinque Libros
Decretalium, Tomus ...**

In Librum I. Decretalium, Per quadraginta, & tres Titulos distributum, in
quo agitur De Constitutionibus, Seu Legibus universim ...

Krimer, Ferdinand

Augustæ Vindelicorum, 1706

Quæstio XXIV. In Tit. XXIV. De Officio Archi-Presbyteri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73031](#)

QUÆSTIO XXIV.

IN TIT. XXIV. DE OFFICIO ARCHI-PRESBYTERI.

AArchipresbyter sequitur Archidiaco-
num, sic dictus, quod sit quasi pri-
mus Presbyterorum, & præst cæteris Pres-
byteris, sive in civitate, ubi Sedes est E-
piscopi, & Ecclesijs majoribus; sive in
Parochijs ruti existentibus; c. 2. h. t. &
ideo Archipresbyter recte dicitur Vicarius
Episcopi à jure datus, in his, qui respiciunt
in Episcopo potestatem Ordinis Sacerdo-
tis. Joan: Andr: in c. 1. h. t. n. 3. Ex hoc
colliges, Archipresbyterum, aliud esse
Urbanum; alium, Ruralem. Urbanus
est, qui præst Presbyteris in civitate,
sumpta juridice (nimirum ubi Sedes est
Episcopi) existentibus & Episcopi vices
supplet in Divino Officio, de quo c. 3. h. t.
Ruralis autem, seu Foraneus dicitur, qui
exercet curam animarum in plebe, & su-
per alios Parochos, & Presbyteros inspe-
ctionem habet, de quo c. fin. h. t. vocati-
que solet etiam plebanus, seu Decanus
ruralis, ut docet Pirhing h. t. n. 1. qui De-
canum Ecclesiæ Collegiaæ vocat Archi-
presbyterum, sed Urbanum: & addit, Archi-
presbyterum ruralem etiam vocari De-
canum ruralem, seu Officialem, & Vica-
rium Foraneum &c. c. adhac, de Offic: Archid: & Clem: 2. de Rescript: juncta gloss.
V. Foraneo. Hi sunt similes illis Presby-
teris, qui olim vocabantur Chori-Epis-
copi, vicesque Episcoporum ruri obibant.
Officium Archipresbyteri Urbani, de Jure
communi, est, in absentia Episcopi cele-
brare, c. 3. h. t. cantum horatum auspica-
ti, orationes, quas vocant collectas, reci-
tare; & benedictiones impertiri. c. 3. h. t.

Præter hæc habet Jurisdictionem Ordinariam; Barbosa in c. fin: h. t. n. 3. sed
non in foro externo, spectato jure communi,
præsertim antiquo; quia sic adeat E-
piscopus, Pirhing h. t. n. 6. aliud esse po-
test spectata consuetudine certi alicujus lo-
ci; habet tamet Jurisdictionem fori inter-
ni, seu curam animarum, &c. c. 1. & 2.
h. t. non tantum respectu Presbyterorum,
quibus præst; Joan: Andr: in c. Officium
n. 3. sed etiam respectu aliorum in dice-
cessi; gloss: in cit: c. Officium V. à foris; non
tamen quoad casus Episcopo reservatos;

Tom. I.

Sylvester V. Archipresbyteri, q. 3. nec
quoad reconciliationem publicè pœnitent-
tium V. Pirhing h. t. n. 7.

Archipresbyter civitatis, seu Urbanus 2295.
subest Archidiacono in Jurisdictione; in
Presbyteralibus præst Presbyteris, c. 1. h. t.
& ideo Archidiaconus præcedit Archipres-
byterum in administratione; sed ipse præ-
cedit illum in Divinis; Barbosa in cit. c. t.
h. t. n. 3. hinc Archipresbyter, absente
Episcopo, præcedit Archidiaconum; in
celebratione Missæ diebus solennibus; 2.
in delatione Sanctissimi Sacramenti in ejus
Festo; 3. in benedictione candelarum;
4. Cinerum; 5. Palmarum; sic Barb. ad
c. 1. h. t. n. 3. excipe nisi Archidiaconus
etiam ipse Sacerdos sit, tunc enim etiam
in his præcedit Archipresbyterum; sic
Barb. loc. cit.

Archipresbyter ruralis, seu Foraneus, 2296.
non solum vulgi, sed etiam Presbytero-
rum curam gerere debet, qua ratione
quisque Divinum Officium gerat, Episco-
po denunciando, c. fin: h. t. & Episcopi de-
creta, in Parochijs, vel per le, vel per alios,
executio mandando; habet Jurisdictio-
nem fori externi in toto districtu sui Deca-
natūs, (cum sint Vicarij foranei Episco-
pi) sed omnino dependentem ab Episco-
po, vel ejus Vicario, sic, ut dubia, vel res
gravioris momenti ad ipsos referre de-
beant; Pirhing h. t. n. 11. si ab Episcopo
possint ab Officio removeti ad arbitrium,
eorum Jurisdictione, est solum delegata; si
secus, ordinaria: cum autem ejusmodi
Archipresbyteri, seu Decani rurales nullam
habeant præminentiam in Ecclesijs
principalibus, ut sunt Cathedrales, & Col-
legiate, nec dignitatem, nec personatum
habent propriè dictum, vi cuius possint esse
delegati Sedis Apostolicae &c. sed merum
Officium, c. fin: h. t. ibi: per minores titu-
los. Fagnan. in c. 1. de etat. & qualit.
num. 23.

Præter, hæc nota 1. Archipresbyteros, 2297.
seu Decanos Urbanos (juxta dicta n. 2293.
nimirum eos, qui Decani sunt Ecclesiæ
Cathedralis, vel etiam, ut notavimus ibi-
dem, Collegiate) si annexam habent Ju-
risdi-

Tit 2

risdictionem fori externi , habere dignitatem Ecclesiasticam , propriè dictam ; se-
cùs , tantùm personatum . Nam præmi-
nentia in tali Ecclesia cum Jurisdictione
fori externi , dignitas est ; sine illa , per-
sonatus ; Layman in c. finale , h. t. n. 3. qui au-
tem sunt tantùm rurales , hoc est , qui non
sunt Decani Ecclesiarum Cathedralis , vel
Collegiatæ , nec dignitatem Ecclesiasticam
habent , nec personatum ; sed simplex
Ministerium , seu Officium ; quia tales in
Ecclesiis principalibus non præminent ;
sed solum in minoribus , seu Parochijs , ut
constat ex c. fin : ibi : per minores titulos.
Sic Layman cit.

2298. Ex hoc colliges , Decano Rurali , à Sede
Apostolica , vel ejus Legato , non posse de-
legari causas , juxta c. statutum i. de Re-
script. in 6. nec posse constitui Judicem
Conservatorem , juxta c. fin : de Offic: dele-

gati in 6. intellige , quantum est , vi talis
Decanatus .

Not. 2. ex Azor p. 2. Instit: moral: l. 3.
c. 17. in toto Jure Canonico nullum exta-
re titulum de Officio Decani , ut distincti ab
Archipresbytero ; adeoq; totum ejus jus ,
& auctoritatē , consuetudine , & more , pen-
dere . Unde textus , qui aliquando loquun-
tur de Decanis (ut c. dilecti , de Sent: excom:
in 6. c. dilectos de Prebendis , c. constitutus &
c. constitutis de Appellat:) intelligendi ve-
niunt de Urbanis ;

Similiter nullus extat in Jure Canonico
titulus , de Officio Præpositi , licet non ra-
rò ejus mentis fiat in responsis Romanorum
Pontificum , ut notat Azor cit: c. 18.
q. 1. ubi asserit , eum habere personatum ,
& dignitatem cum animarum cura ; cùm
toti Canonicorum Collegio
præsit .

QUÆSTIO XXV.

IN TIT. XXV. DE OFFICIO PRIMICERII.

2299. Supponendum 1. Primicerium juxta
nonnullos idem esse , ac primum in ce-
ra , sive tabulis ceratis , aut scriptura po-
situs ; rectius denotare primum in ali-
qua dignitate , Ordine , vel Officio ; ita
Zoësius h. t. n. 1. Hinc in Jure Civili , pri-
mus defensorum , protectorum , domesti-
corum , Primicerius dicitur . Zoësius cit.
Supponendum 2. olim in Ecclesia Ca-
thedrali fuisse Scholam Cantorum insti-
tutam , quorum munus erat , officia Di-
vina , & preces horarias in choro piè , ac
studiosè decantare ; quorum Præfectorus
Primicerius dicebatur ; sic Azor p. 2. l. 3.
c. 16. q. 1. Primicerius igitur hic pro eo
accipitur , qui præst in Ecclesia Clericis ,
ac Cantoribus docendis , & ad cantum de-
stinandis ; sic Vallensis h. t. n. 2.

2300. Et ideo dicitur primus in Choro , vel
cantu , absente Archipresbytero , ut notat
Panormit: ad rubricam hujus tit: vel Chori
Magister ; Vallensis. cit: aut etiam Can-
tor , sive Præcentor , sub quo etiam est suc-
cessor ; Hostiens: in Summa h. t. Munus ,
seu Officium Primicerij est , præesse Dia-
conis , vel reliquis gradibus Ecclesiasticis
in Ordine positis , docendo lectiones , quæ
ad officia Clericorum pertinent ; & de sin-
gulis studiis habere , ut in quacunque re

capacem sensum habuerit , absque ulla
vacet negligentia , aut à quo ipse iussit ,
instruantur , juxta c. unic: h. t. Præterea ,
inchoat Antiphonas & Psalmos , quando
Cantorum Chorus in duas partes divisus
est ; sic Barbosa in c. unic: h. t. n. 6. sed in
his potissimum attenditur diversarum Pro-
vinciarum , & Ecclesiarum consuetudo .

Cæterum munus , & officium Primice-
rij describitur in c. perleonis , q. ad Primici-
erium , dist. 25. ibi: ad Primicerium per-
tinent , acolyti , exorcistæ , Psalmistæ , at-
que lectores : signum quoque dandum pro
Officio Clericorum , pro vita honestate ,
& Officij , meditandi , & peragendi soli-
citè ; Lectiones , Benedictiones , Psalmum ,
Laudes , Offertorium , & Responsoria ,
quis Clericorum dicere debeat . Ordo
quoque , & modus Psallendi in Choro ,
pro solemnitate temporum ; ordinatio
quoque pro luminaribus deportandis ; si
quid etiam necessarium est pro reparatio-
ne Basilicarum ; quæ sunt in Urbe , ipse
denuntiat Sacerdoti , Epistolæ Episcopi
pro diebus jejuniorum Parochianis , per
ostiarios ipse dirigat : Clericos , quos delin-
quere cognoscit , ipse distingat : quos ve-
rò emendare non valet , eorum excessus
ad cognitionem Episcopi deferat : Basili-
nos